

ήμιν αὐτὸν λαβόντα ἐκ τῆς Παρθένου, προσκυνεῖς αὐτὸν σαρκωθέντα μετὰ τῆς σαρκός, οὐκ ἐν ἵσφι τιθεὶς τὴν σάρκα καὶ τὴν θεότητα, οὐδὲ χωρίζων τὴν σάρκα, καὶ ἐν μέρει προσκυνῶν αὐτήν, ἀλλὰ τὴν θεότητα μετὰ τῆς σαρκὸς προσκυνεῖς· οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν θεότητα ἐνανθρωπήσασαν προσκυνοῦμεν, οὐ χωρίζοντες αὐτὴν τῆς ἀνθρωπότητος.

29. [...] 'Ορθ. 'Αλλ' ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ ἐκ Μαρίας, ἔκυτοῦ σῶμα ἔλεγεν ¹²⁸⁴ ὁ Θεὸς Λόγος, οὐ τῆς αὐτῆς οὐσίας δὲ τῇ θεότητι. [...]

[...] «Ωμοίωται» γάρ «κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁ Θεὸς Λόγος», ἐνώθεις ἀνθρωπότητι, καὶ προσκυνεῖται Θεὸς ἐνανθρωπήσας· καὶ συνάφειαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸν δίδωσι, μετασχὼν αἵματος καὶ σαρκός, καὶ προσκυνεῖται ὁ αὐτός, ἐνώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡς ἀνθρωπος, φύσει δὲ καὶ οὐσίᾳ ὁν Θεός. Τί δὲ καὶ λέγειν ἐτόλμησας μέρος Θεοῦ τὴν σάρκα τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, τὴν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, τὴν οὐ φαντασίᾳ σάρκα, ἀλλ' ἀληθείᾳ, καὶ * μετὰ ^{*1285} τὴν ἀνάστασιν φανεῖσαν;

IN ANNUNTIATIONEM S. MARIAE

2065 Sermo II.¹ I. [...] Χαίρωμεν οὖν εἰκότως μετὰ τῆς τὴν χάριν δεξαμένης, καὶ προσφεγγώμεθα σὺν τῷ Γαβριὴλ τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Μητέρα, λέγοντες: «Χαῖρε,

PG
89, 1377

fiteris carnem saltem nobis consubstantialem ex Virgine accepisse, adoras ipsum incarnatum cum carne, neque tamen carnem deitati exaequas, neque carnem segregas, et partem adoras, sed deitatem cum carne adoras: ita et nos deitatem, quae seipsam homini univit, adoramus, nec eam ab humana natura seiungimus.

29. [...] Orth. Corpus ex Maria desumptum, Deus Verbum suum esse ¹²⁸³ corpus dixit, quod tamen non est eiusdem atque deitas ipsa naturae. [...]

[...] *Est enim Deus Verbum per omnia fratibus suis similis factus*,² cum naturae humanae * uniretur et adoratur Deus homo factus, ^{*1286} suique nobiscum coniunctionem nobis praebet, particeps factus sanguinis et carnis: idemque adoratur, ut qui homo quidem sit, quoniam nobis est unitus, natura vero et substantia sit Deus. Quorsum vero ausus etiam es dicere portionem Dei esse carnem illam quae ex semine Davidis est, et ex Maria Virgine, quaeque sese non phantasia, sed reipsa carnem esse, post ipsam quoque resurrectionem demonstravit?

2065 Sermo II. I. [...] Cum ea quae gaudium suscepit, gaudeamus, Deique nostri Matrem in haec verba cum Gabriele salutemus: *Ave, gratiosa;*

PG
89, 1378

¹ Viri docti dubitant aut negant hunc Sermonem, et subsequentem, esse *S. Anastasii Antioch.* († ca 598). Cf. Lau 169; Al 549; M. SCADUTO, in EnC, I, 1158.

² Hebr. II, 17.

• PG 28, 1272.

κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». ὅτι γέγονας ἡμῖν ὁδὸς σωτηρίας, καὶ ἀνάθασις πρὸς οὐρανόν, καὶ τόπος ἀναπαύσεως, καὶ σκηνὴ ἀναψύξεως, ἐν ᾧ κατεσκήνωσεν ὁ Κύριος. Διὰ τοῦτο σὺν πάσαις ταῖς γενεαῖς μακαριοῦμέν σε μόνην ἐν γυναιξὶν· ἦν οὖν ἔξεκαυσεν ἥλιος ἥδονῆς φλόγα ἐπάγων, οὐδὲ νυκτὸς σελήνης ῥώδης ἔβλαψε δύναμις. «Οὐ γάρ ἔδωκας εἰς σάλον τὸν πόδα» τῆς ψυχῆς, ἀλλ’ ἔμεινας ἀκλινής, ἐπὶ τὴν πέτραν τοῦτον ἐρείσασα· καὶ ἐφύλαξέν σε ὁ Κύριος, μόνος εἰσελθὼν ἐπὶ σοί, καὶ ἐκ σοῦ προελθών, καὶ κεκλεισμένην, καὶ ἐσφραγισμένην διατηρήσας σε εἰς τὸν αἰῶνα. Χαίροις τοίνυν, ὁ Μῆτερ καὶ Παρθένε, καὶ τροφὴ τῆς ζωῆς, καὶ πηγὴ τῆς ἀθανασίας· ἐκ σοῦ γάρ προῆλθεν ὁ φθορεὺς τῆς φθορᾶς, καὶ ὁ θανατώσας τὸν θάνατον. ‘Ημεῖς οὖν, ἀδελφοί, ταῦτα πρὸς τὴν Θεομήτορα κατὰ δύναμιν εἰπόντες, νεύσωμεν λοιπὸν πρὸς ἑαυτούς, καὶ γνῶμεν τῆς ἡμέρας τὴν δύναμιν, καὶ ἐγκαινίσωμεν σήμερον τὴν ἡμῶν γέννησιν. Καὶ ἔστιν ἡμῖν ἡ ἡμέρα αὕτη κλητὴ ἀγία, ἐν ᾧ ἐπλάσθημεν, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ζωὴν ἐπανήλθομεν. Παράδοξον δὲ ὑμῖν ἵσως δόξῃ τὸ λεγόμενον· λεχθήσεται δ’ ὅμως, Θεοῦ δύναμιν διδόντος, καὶ χορηγοῦντος λόγου τῷ λέγοντι.

II. Ἀλλὰ πόθεν δὴ δῶμεν ἀρχὴν τῷ διηγήματι, ἢ ἐκ τῶν τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἀρχαίων; αὐτὸς γάρ ἡμῖν ἀρχέτω τοῦ λόγου, ὁ καὶ τὴν ἡμέραν ταύ-

*Dominus tecum:*¹ quod facta sis nobis salutis via, ascensusque ad superos, ac locus requietionis, refrigeriique tabernaculum in quo Dominus habitavit. Quamobrem cum omnibus generationibus te solam beatam in mulieribus dicemus, quam neque sol, voluptatis flammam immittens, adussit, neque fluxa vis lunae noctu laesit. Non enim dedisti in commotionem pedem² animi, sed eo fixo in petra, indeflexa mansisti: teque Dominus custodivit, in te solus ingrediens ac ex te egrediens,³ clausamque ac obsignatam in aeternum servans. Salvesis ergo, Mater pariter ac Virgo, vitaeque cibus ac fons immortalitatis: ex te enim is prodiit, qui interemit corruptionem ac mortem destruxit. Nos itaque, fratres, iis ad Dei Matrem pro nostra facultate dictis, in nos ipsi deinceps spectemus, ac noverimus diei virtutem, nataleque nostrum hodie dedicemus. Ita plane hic nobis dies vocatus est sanctus, in quo formati ad antiquam vitam postliminio reversi sumus. Porro vobis videatur forte novum quod dicitur: dicetur tamen, Deo largiente virtutem, ac dicenti subministrante sermonem.

II. Unde vero potius quam ab Evangelistae verbis ordienda nobis narratio sit? Ipse nimirum sermonem auspicetur, qui et diem

¹ Lc. I, 28.

² Ps. CXX, 3.

³ Ezech. XLIV, 2.

την γνωρίσας. «'Εν τῷ μηνὶ, φησί, τῷ ἔκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἥ ὄνομα Ναζαρέτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί, ὃ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ». Καὶ ἵσως ἀπορήσειέν τις τῶν ἀκριβούντων τὰ τοιαῦτα· Τί ἐστιν ὁ ἔκτος μήν, καὶ πόθεν ἀριθμούμενος; ὃ παριστᾶν βουλόμενοι τὸ σαφές, ἀνατρέχωμεν εἰς τὰ μικρῷ πρότερον τῷ εὐαγγελιστῇ εἰρημένα. Φησὶ γάρ· «Μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν ἡ Ἐλισαβέτ, ἥ γυνὴ Ζαχαρίου, καὶ περιέκρυθεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε», καὶ τὰ ἔξης. Εἶτα ἐπάγει· «'Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἔκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς τὴν Μαριάμ». Οὐδὲν δὲ ἡττον φήσειεν, ὅτι οὕτως ἔμεινεν ἡ ἀσάφεια. 'Ἐν γάρ τῷ τὸν εὐαγγελιστὴν εἰπεῖν· «Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν ἡ Ἐλισαβέτ», οὐκ ἐσήμανεν ποιας ἡμέρας. Καὶ δοκεῖ μοι καλῶς ἀπορεῖν ὁ τοῦτο λέγων· μαθήσεται δὲ ὑπέχων τὸ οὖς πρὸς τὴν ἀκρόσιν, καὶ συνετῶς δεχόμενος τὰ λεγόμενα.

2066 III. [...] Τῷ οὖν ἔκτῳ τῆς συλλήψεως τῆς Ἐλισαβέτ μηνί, ἀπεστάλη ὁ PG
Γαβριὴλ, ὡς γέγραπται, πρὸς Μαρίαν· οὐ πάντως πεπερασμένου τοῦ ἔκτου 89, 1380
μηνός, ἀλλ’ ἐν τῷ πλάτει τοῦ παντὸς μηνός. Οὔτε γάρ ἡ εὐαγγελικὴ ἱστορία
πληροῦσθαι λέγει τὸν ἔκτον μῆνα, ὅτε ὁ πρὸς τὴν Παρθένον ἀσπασμός, ἦτοι

hanc notam fecit. *In mense, inquit, sexto missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo et familia David, et nomen Virginis Maria.*¹ Forte vero quaerat quis talium studiosus rimator: quid velit sextus ille mensis, ac unde numerandus sit? Ut vero quod res habet aperte suggeramus, ad ea recurrendum quae paulo superius dicta sunt ab Evangelista: ait enim: *Post hos dies concepit Elisabeth uxor Zachariae, et occultavit se mensibus quinque,*² etc. Tumque subdit: *In mense autem sexto missus est angelus Gabriel ad Mariam.*³ Verum, dicet, nihil minus his positis obscura manet narratio. Quod enim Evangelista dixerit: *Post hos autem dies concepit Elisabeth;* haud tamen quos velit dies, significavit. Ac certe videtur recte quaerere, qui sic ait: docebitur autem, dummodo aurem auditioni accommodans, intelligenti animo quae dicuntur acceperit.

2066 III. [...] Sexto igitur mense a conceptione Elisabeth, missus est Gabriel, uti scriptum est, ad Mariam: non omnino finito sexto mense, sed intra eius totam latitudinem. Neque enim historia evangelica impletum habet sextum mensem, quo tempore facta est Vir-

¹ Le. I, 26, 27.

² Le. I, 24.

³ Le. I, 26.

εὐαγγελισμός, ἐγένετο· οὕτε οἱ λόγοι τοῦ Γαβριήλ, οἱ πρὸς αὐτήν, τοῦτο ἐμφαίνουσιν, ἀλλ’ ἡ μὲν ἴστορία φησίν· «Ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἔκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος». Ὁ δὲ ἄγγελος πρὸς τὴν Παρθένον φησί· «Καὶ ἰδοὺ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτῇ συνείληφεν υἱὸν ἐν γήραι αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ».

1384 VIII. Διὸ ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ, «Ἀπεστάλη ὁ Γαβριήλ», εὐαγγελιζόμενος τῇ Παρθένῳ τὴν ἀφθορὸν γέννησιν, καὶ τὴν ἐσομένην τοῖς ἔθνεσι δι’ αὐτῆς σωτηρίαν προκαταγγέλλων αὐτῇ· ἀμα τε τῷ ἀσπασμῷ, «Ο λόγος σὰρξ ἐγένετο», ἀναπλάττων τὸ πλάσμα, δὲ ἔφθειρεν ἡ ἀμαρτία, τοῖς τοῦ πονηροῦ ὅφεως λόγοις συνεισελθοῦσα. Ἐδει γάρ, ἔδει τὴν καταφθαρεῖσαν σάρκα τῷ συριγμῷ τοῦ ὅφεως, τῷ ἀσπασμῷ τοῦ ἄγγέλου πρὸς ἀφθαρσίαν ἐπανελθεῖν· καὶ ὥσπερ διὰ γυναικὸς ἐνηργήθη ὁ θάνατος, οὕτω διὰ γυναικὸς οἰκονομηθῆναι ἔδει τὴν σωτηρίαν. Δι’ ἐκείνην ἡδονὴ ἀλαπεῖσαν, ἀπεθάνομεν πάντες· [διὰ ταύτην ἐξωποιήθημεν]. οὐκ ἐκεῖνα μόνον λαβόντες δῶν ἐκπεπτώκαμεν, ἀλλὰ πολλῷ μείζονα καὶ πλουσιώτερα, δὲ νοῦς μὲν ἀνθρώπων φαντασθῆναι ἀδυνατεῖ, δοφθαλμὸς δὲ οὐκ ἐφικνεῖται τῆς ἰδέας, ἀτονεῖ δὲ καὶ ἀκοὴ ὑποδέξασθαι. Ταύτην ἄγομεν ἔορτὴν καὶ πανήγυριν, τῆς μὲν ἀγίας καὶ σεμνῆς ταύτης Παρθένου

ginis salutatio, seu annuntiatio: neque Gabrielis ad eam verba hoc indicant, verum ita quidem historia: *In sexto mense missus est angelus.*¹ Angelus autem ad Virginem: *Et ecce cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis.*²

1383 VIII. Quocirca ipsa die, *Missus est Gabriel*, fauste Virginī incorruptam nativitatem annuntians, eique futuram eius ope gentibus salutem praenuntians: dumque interim ille salutat, *Verbum caro factum est*,³ figmentum reformans, quod una cum maligni serpentis sermonibus ingressum peccatum corruptioni obnoxium fecerat: ac sicut per feminam mors causata est, sic oportuit dispensari salutem per feminam. Per illam deceptam voluptate omnes mortui sumus⁴ (per hanc vivificati sumus): non ea tantum accipientes a quibus excideramus, sed longe maiora ac pretiosiora, quae⁵ neque humanus intellectus possit concipere, nec oculus eorum valeat assequi speciem, sed et auditus ferre nequeat. Haec quam agimus, celebritas ac festa dies, sacrae quidem ac venerandae huius Virginis Annuntiatio est; mundi autem universi natalitus dies: quippe universa

¹ Lc. I, 26.

² Lc. I, 36.

³ Io. I, 14.

⁴ I Cor. XV, 22.

⁵ Isa. LXIV, 4.

εὐαγγελισμόν, παντὸς δὲ τοῦ κόσμου γενέσιον· ὅτι πάντα εἰς τάξιν μετεποιήθη· καὶ κόσμον ἡ πρὶν ἀκοσμία ἐδέξατο.

- 2067** Sermo III, II. "Ἄλλος ἄλλο τι τῶν ἀγίων ἀγγέλων πιστεύεται· μόνος δὲ οὗτος, τὸ πάντων θαρρεῖται κεφάλαιον· Θεὸν ἀσπόρως ἐν παρθενικῇ κυοφορούμενον μήτρᾳ· Πνεῦμα ἄγιον τῷ τόκῳ συνεργαζόμενον· «τὸν ἐπὶ πάντων» Πατέρα καὶ Θεόν, τῇ Παρθένῳ λέγειν κελεύοντα· «Χαῖρε, κεχαριτωμένῃ, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Ὡ φιλοτίμου καὶ θεϊκῆς φωνῆς· ἂ φιλανθρωπίας ὑπερβολῆς καὶ ἀγαθότητος· ἂ λειτουργίας ὅντως ἀγγελικῆς· ἂ μακαρίας Παρθένου τοιούτων καταξιωθείσης ὅμματων· μᾶλλον δέ, τοιούτοις διακονήσασθαι πράγματιν. Ἀσυνδιάστως ἐκυοφόρησας· ἀνυμφεύτως ἀπέτεκες· μόνη Μήτηρ ὅμοι καὶ Παρθένος ἐγένου. Οὐ γάρ διέκοψε τὴν παρθενίαν ὁ τόκος, οὐδὲ διέλυσε τὴν ἀφθορίαν ἡ σύλληψις. Ἀσυλον τὸ τῆς παρθενίας κειμήλιον καὶ μετὰ τόκον ἐφύλαξας. Ἐγαλακτοτρόφησας ὡς νήπιον «τὸν διδόντα τροφὴν πάσῃ σαρκί». Τύπο τὴν σὴν θηλὴν ἥγαγες ὡς βρέφος, τὸν πηγάζοντα γάλα ταῖς τικτούσαις πρὸς διατροφὴν τῶν τικτομένων βρεφῶν. Καὶ γάρ μήτηρ ἐγένου, οὐκ ἀνθρώπου ψιλοῦ, ἡ προφήτου τινός, ἡ Θεὸν ἔνοικον ἔχοντος ἀλλὰ μήτηρ

suo quaeque ordini asserta sunt; priorque deformitas decorem accepit.

- 2067** Sermo III, II. Alii aliique sanctorum angelorum aliud quid negotii creditur: huic uni, quod est universorum caput, committitur; nimirum Deum in Virginis vulva sine semine concipi; Spiritum sanctum edendae proli cooperari; cum *qui est super omnia*¹ Pater ac Deus, in haec verba iubere Virginem salutari: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*² O magnificam ac divinam vocem! O excellentem clementiam ac bonitatem! O angelicum vere ministerium! O beatam Virginem, quae talia verba audire meruit! Seu magis, quae rebus eiusmodi ministrare digna fuit! Concepisti absque viri ulla coitione; innupta peperisti: sola Mater simul ac Virgo effecta fuisti. Neque enim partus virginitatem prohibuit, neque conceptio integritatem sustulit. Inviolatum servasti virginitatis thesaurum etiam post partum. Lacte, infantis instar, eum pavisti, *qui dat escam omni carni.*³ Sub tuam mammam tanquam parvulum eum collegisti, qui fontis instar lac puerperis scaturit, quo illae parvulos alant. Et enim facta es mater, non puri hominis, aut alicuius prophetae, aut Deum in se hospitem habentis; sed vera mater *magni Dei ac Salvatoris*

¹ Rom. IX, 5.

² Lc. I, 28.

³ Ps. CXXXV, 25.

ἀληθής «τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ». «Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου;» ποῖον οὖς χωρῆσαι δυνήσεται; ποῖος δὲ λόγος εὑρεθήσεται ἀξιος τῶν νοούμενων ἐρμηνεύς; μέχρι σοῦ ἥκουν γυναῖκες· «Ἐν λύπαις τέξεσθε τέκνα·» καὶ κατὰ πασῶν, ὡσπερ τις αἰλήρου διδαχή, τὸ θεῦκὸν ἔτρεχε πρόσταγμα, ἀλυτον καὶ ἀμετάθετον διαμένον. Ἀπὸ σοῦ λοιπὸν τὸ θῆλυ γένος ἀκούσει· «Χαίρετε», γυναῖκες, ἀρχὴν τοῦ χαίρειν λαβοῦσαι τὴν μόνην ἐν παρθένοις κεχαριτωμένην, τὴν καλήν, τὴν ἀσπιλον, τὴν ἀγίαν, τὴν Θεομήτορα Μαρίαν.

III. Ὁ μὲν οὖν μέγας ἄγγελος τοιαῦτα τῇ Παρθένῳ εὐαγγελίζεται, καὶ διοῦ τοῖς λόγοις δὲ τοῦ Θεοῦ μονογενῆς Γίδης τὴν παρθενικὴν ὑπέδυν νηδύν· καὶ ἔχώρησε γαστήρ, ὃν οὐρανὸς οὐκ ἔχώρησεν δλως. Ἐμβρυον δὲ ἡμᾶς γέγονεν δὲ οὐπέρ ήμᾶς· κατὰ μέρος αὔξων, καὶ σωματικῶς τελειούμενος, δὲ παντέλειος τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ «πάντα φέρων τῷ ὅματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ». Χρόνων ἀρχὴν λαμδάνων, δὲ χρόνων Ποιητής, καὶ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Ἀνθρωπος ἐγένετο δὲ τῶν ἀνθρώπων Δημιουργός· μητέρα κτησάμενος ἐξ ἡμῶν, δὲ μόνος τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν Γίδης, σάρκα ἐξ αὐτῆς λαβὼν τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον.

*oris nostri Iesu Christi.¹ Quis loquetur potentias Domini?² Quae auris capere poterit? Quis sermo dignus invenietur eorum quae intelliguntur, interpres?³ Ad usque te audierunt mulieres: In tristitiis parietis filios;⁴ inque omnes, ceu haereditaria quaedam successio, divinum currebat mandatum, indissoluble manens atque immotum. A te deinceps audiet femineus sexus, *Avete*,⁴ feminae, quae gaudii principium suscepitis, solam illam inter virgines gratiosam, pulchram, immaculatam, sanctam, Dei Genitricem Mariam.*

III. Magnus quidem Gabriel fausta eiusmodi Virgini nuntiat, dumque miscet sermones, unigenitus Dei Filius virginalem subiit uterum; cepitque venter, quem omnino coelum non capit. Nostri causa, factus est utero gestatus infans, qui nobis superior erat: paullatim crescens, ac corporaliter ad perfectum provehens,⁵ qui ipse omnibus numeris perfectum esset Dei Verbum, ac *omnia verbo virtutis suae portans*:⁶ annorum initium accipiens, qui Conditor esset temporum ac existeret ante saecula. Hominum Opifex, factus est homo, Matrem sibi ex nobis comparans; ipse unicus per naturam Dei Filius, carnem ex ea nobis consubstantialem assumens.

¹ Tit. II, 13.

² Ps. CV, 2.

³ Gen. III, 16.

⁴ Matth. XXVIII, 9.

⁵ Lc. II, 52.

⁶ Hebr. I, 3.

IV. Ἀλλ' ἐπειδήπερ δὲ λόγος οὐ συναναθαίνει τοῖς θαύμασιν, οὐδὲ θητὴ γλῶττα καὶ ἀξίαν τὰς μεγαλουργίας * τοῦ Θεοῦ ἔξαγγέλει· δεῦρο τῶν προφητῶν εὔτονώτατε καὶ μεγαλοφωνότατε Ἡσαΐᾳ· δεῦρο, δίδαξον ἡμᾶς τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ· ὅμηνος διὰ τοῦ Πνεύματος τὰ γεγενημένα· προθέσπισον ἵνα ἀκουούσθῃ τὰ μηνυόμενα· δοξολόγησον τὸν φωτίζοντα οὓς βούλεται· πιστοποίησαι τῇ προαγορεύσει τὰ ἄπιστα. «Ιδού, φησίν, ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ». Λέγε πάλιν, προφῆτα, τῆς ἐπὶ τούτοις δοξολογίας τὸν ὅμην· «Κύριος δὲ Θεός μου, δοξάσω σε, ὅμην σε τὸ ὄνομά σου, διτὶ ἐποίησας θαυμαστὰ πράγματα, βουλὴν ἀρχαίαν, ἀληθινὴν. Γένοιτο, Κύριε». Τίς δὲ ἦν ἀρχαία βουλὴ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός; Τὸ σωθῆναι πάντας ἡμᾶς. Ὁ γάρ τὸ εἶναι δούς, πῶς οὐκ ἀν μᾶλλον τὸ εὖ εἶναι δέδωκε, τὸ ἴδιον ἀνακαλούμενος πλάσμα ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἐνδιαιτημα, καὶ τὴν τῆς ἐντολῆς φυλακήν, δι' ἣν ἀτελεύτητος ἐν ἡμῖν ἡ τῆς ζωῆς ἐπαγγελία, ἥν ἀπολέσαμεν εἰκότως, τὴν ἐντολὴν μὴ φυλάξαντες; Ἀλλ', ὁ θεία καὶ μακαρία Παρθένε, ἡ πρὸς οὐρανὸν ἐκτεταμένη κλίμαξ, ἡ πύλη τοῦ παραδείσου, ἡ πρὸς ἀφθαρσίαν εἰσοδος, ἡ τῶν ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν ἔνωσίς τε καὶ συνάφεια, σὺ ἡμῖν ἐπισφράγισον τὸν λόγον· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ

IV. Quia vero sermo haud satis coassurgit miraculis, nec mortalis lingua magnifica Dei opera pro * dignitate enuntiat; adesum, prophetarum vocalissime Isaia; adesum, inquam, doce nos Dei magnalia; lauda per Spiritum facta; iube audiri quae sunt nuntianda; eum glorifica, qui quos vult illuminat: fide maioribus, praedictione astrue fidem: *Ecce, inquit, Virgo habebit in utero, et pariet Filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel.*¹ Dic sodes iterum, propheta, super istis laudis canticum: *Domine Deus meus, glorificabo te; laudabo nomen tuum; quoniam fecisti admirabiles res, consilium antiquum verum. Fiat, Domine.*² Quodnam vero antiquum erat consilium Dei et Patris? Utique omnium nostrum salus. Qui enim dedisset ut essemus, qui non potius datus erat, ut bene essemus, figmentum suum ad antiquum domicilium revocans ac mandati observationem, per quam vitae in nobis immortalis promissio est, quam et merito amiseramus, non servantes eiusmodi mandatum? Sed, o divina ac beata Virgo, extensa ad coelum scala; paradisi porta; ingressus ad incorruptionem; hominum ad Deum unio ac consertio, tu nobis sermonis esto signaculum: in Christo Iesu Domino nostro, per quem ac quocum

*1390

¹ Isa. VII, 14.² Isa. XXV, 1.

παναγίω καὶ ζωοποιῶ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN ANNUNTIATIONEM B. V. MARIAE¹

^{PG}_{96, 648} Νῦν ἡ τῆς βασιλίδος βασιλικὴ καὶ ὑπέρξενος ἔօρτή τε καὶ πανήγυρις ²⁰⁶⁸ ὑπὲρ τὰς χρυσαυγεῖς ἀκτῖνας τοῦ ἥλιου ἐξέλαμψε. Νῦν ἡ καθοικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ὥρατζεται λίαν ἀγαλλομένη. Νῦν οἱ φιλοθεάμονες καὶ πανηγυρισταὶ ἔօρτὴν ἔօρτῶν ἔօρτάζοντες, πανδημεῖ ἐπαθροίζονται. Νῦν εὐφραινέσθωσαν τὰ οὐράνια, τὰ ἐπίγεια, τὰ καταχθόνια, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς ποιήματα. Νῦν εὐφημείσθω ἡ πανεύφημος, ὡς εὐφημος πανευφήμοις εὐφημίαις. Νῦν μεγαλυνέσθω ἡ θεομεγάλυντος, καὶ θεοπρότατος, καὶ θεοχρημάτιστος Παρθένος. Νῦν ἐπαινείσθω ἡ πολυώνυμος δύντως καὶ πολυόμματος, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως ὑπερτάτη. Νῦν μακαριζέσθω ἡ θεόμιλος, καὶ θεοχώρητος, καὶ κοσμοσέβαστος τοῦ Θεοῦ κιβωτός. Σήμερον γάρ ὡς ἀληθῶς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις γίνεται. Σήμερον βοάτωσαν φιλεόρτων αἱ σύγκλητοι. Σήμερον βοάτωσαν πάντες λαοὶ τῇ ἐκ Δαβὶδ βασιλίδι «Δεδοξασμένα, λέγοντες μετὰ Δαβὶδ, ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου». Σήμερον ὑπα-

gloria ac potestas Patri cum sancto ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

^{PG}_{96, 647} Nunc Reginae regale et eximie novum festum ac celebritas ²⁰⁶⁸ supra aureos solis radios effulsit. Nunc catholica et apostolica Ecclesia mirum in modum gestiens decorem ostentat suum. Nunc qui spectaculis gaudent, ac dies festos colunt, solemnitatem solemnitatum agentes, frequentissimo populo conveniunt. Nunc coelestia, terrestria, et inferna, et quaecumque in eis condita sunt, laetentur. Nunc illa praedicetur, quae omni ratione est praedicanda, ceu quae nullis non faustis acclamacionibus celebrari debat. Nunc Virgo extollatur, quae exaltata a Deo est, caeterisque praelata, ac divino oraculo dignata. Nunc ea laudetur, quae multiplici tum nomine, tum lumine insignis est, ac super omnes res creatas sublimissima. Nunc beata dicatur Dei arca, quae Deum versantem secum, et in se manentem habuit, orbique toti venerabilis est. Hodie si quidem in universo orbe gaudio et exultationi vere indulgetur. Nunc eorum qui dies festos amant, conventus voces edant. Nunc populi omnes cum Davide reginae ex Davide prognatae, inclament: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei, Regis magni.*² Hodie

¹ Exstat inter op. Io. Damasceni, sed non est op. authenticum. Cf. Lau 171.

² Ps. LXXXVI, 3.